Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Davidis de Spina ... Manuale sive Lexicon pharmaceutico-chymicvm

Spina, David de

Francofurti ad Moenum, 1700

[Diacodium]

urn:nbn:de:bsz:31-127465

Visual Library

Diaclyſma Refrigerans.

℞. *Cancros viv.* n. v. vi. vel viii. *Sedi major.* M. iij. vel iv. Contunde & exprime ſuccum.

Maxime prodeſt in inflammatione oris & faucium. Vid. corp. ph. p. 448. a.

Diacodium ſolidum *Norimbergenſ. & Auguſtan. Modern.*

℞. *Sem. Papaveris albi* ℥ß. *Aquæ farfaræ, roſarum,* ana ℥iß.

Fiat emulſio, in qua diſſolve.

Sacchari albiſſimi ℥iv.

Fiat confectio in rotulis.

Creberrimus hujus confectionis uſus ad tenues, ſalſos & acres catarrhos inhibendos ac incraſſandos; tuſſim ſedat, faucium aſperitatem lenit, & raucedinem à calidis defluxionibus obortam aufert.

Cum facilè ranceſcat, in majori quantitate haud paratur, ſed uſus tempore rectius recens confic. Vid. corp. ph. p. 350. a.

Diacodion aſthmaticum contra tuſſim diuturnam *Zvvelfferi.*

℞. *Rad. Aronis, Helenii, Glycyrrhizæ, Ireos flor. Pimpinellæ* ana recent. ℥j. *Herb. Hyſſopi, Hederæ terreſt. Veronicæ, Porri* ſeu *cæparum cann.* vulgò Lauch ana recent. ℥iß. *Scillæ præp.* ʒvj.

Inciſa coquantur in ſ. q. *aquæ ſimpl.* repetitis vicibus affuſæ, ad omnium virtutum prolectionem: Colaturæ omnes clarificatæ ad ℔iß. circiter evaporent, in vaſe terreo vitreato, interim aſſervetur.

Jam verò:

℞. *Sem. Erucæ, Naſturtii, Urticæ,* ana ʒvj. *Gummi*

S *Am-*

Ammoniaci, *Animæ*, ana ℥iß. *Maſtichis* ʒij. *Camphoræ* ʒß. *Amygdalarum dulcium*, *amararum* ana ʒvj. Contundantur probè in mortariô, affusâ portiunculâ *aquæ flor. Arantiorum*, ad formam pultis mollioris, quæ per ſetaceum tranſmiſſa quantum fieri poteſt interim etiam ſervetur.

Porrò:

℞. *Superius aſſervatum* & *abſtractum decoctum*, additaque *Sacchari canarii albi* ℔iß.

Redigantur leniter coquendo in Syrupi craſſam ſeu mucilaginoſam conſiſtentiam, cui ſtatim immittatur

Aſſervata pulpa ex ſeminibus ſuperius & Gum. facta. Item: *Pulv. Cardamomi min. Pulv. nuc. Moſchatarum* ana ʒiij. *Macis* ʒj. *Sem. Aniſi* ℥ß. *Croci opt.* ʒiß. *Elaeoſacchari Cinam.* ℥ß. *Fœniculi* ℥ß.

Fiatque omnibus exactè minutis Diacodion.

In aſthmate & difficili reſpiratione cum ſucceſſu exhibetur. Vid. corp. ph. p. 530. a.

Lohoch ſeu Diacodion crocatum *Minſichti*.

℞. *Cap. Papav. alb. cum ſeminibus*, num. xxi. *Siliquar. dulc.* abjectis granis. *Rad. Glycyrrhiz. raſæ* ana ℥iij. *Sem. Bombacis*, *Altheæ*, *Cydoneor. Gran. Myrti*, ana ℥ß. *Ficuum pinguium*, *Dactylorum*, *Sebeſten*, ana num. xi. *Flor. Malvæ arb. rub. Violarum*, *Jaceæ*, ana ʒij.

Coq. in ſ. q. *aq. font.* ut eſt artis; poſteà

℞. *Colaturæ* ℔ij. *Sacchari candi roſat. Penidiorum* ana ℔ß.

F. Syrupus craſſus, cui circa finem adde:

Syrup. è ſucc. flor. papav. errat. Jujubini, ana ℥ij. *extr. Croci or.* ℥ß.

Miſc. & flamma imbecilli ad mellis conſiſtentiam

coquan-

coquantur & cum *Galliæ Moſchatæ veræ* ℈j. aromatizentur. Vid. corp. ph. p. 529. a.

Diacodion ſeu Eclegma pectorale papaverinum *Zvvelfferi.*

℞. *Siliquarum dulcium* ℥iij. *Glyzyrrhizæ raſæ* ℥j. *capitum papav. albi cum ſem.* num. v.

Inciſa coquantur in ſ. q. *aq. ſimplicis* ad remanentiam duarum librarum, decoctum clarificetur & interim aſſervetur. Poſtea:

℞. *Hujus decocti* jam facti ℔ß. & cum *ſem. papav. albi* ℥ij. *Melonum*, *Cucurbitæ*, *Amygd. dulc. decortic.* ana ℥j.

Diu in mortario contuſorum fiat Emulſio craſſa, per pannum linteum rarum colanda & exprimenda; Hac pariter ac pauliſper aſſervata accipiatur. Reliqua aſſervati decocti ℔iß. & additis

Sacchari can. albi ℥xx.

Coquantur ad conſiſtentiam quaſi tabulati, cui junge *emulſionem craſſam* ſuperius factam & ſine ulteriore coctione repone.

Valet in tuſſi diuturna, ubi humores tenues & acres à capite ad pectus & aſperam arteriam delabentes, periculum læſionis & eroſionis venularum cauſare poſſent: Somnum inſuper conciliat, & pectus lenit. Vid. corp. ph. p. 530. a.

Diacodion contra Sputum ſanguinis *ex Zvvelffero.*

℞. *Rad. recent. Acetoſæ* ℥j. *Cichorii ſylv.* ℥iß. *Lapathi acuti*, *Papav. erratici*, *Pentaphylli*, *Plantag. min. Tormentillæ*, ana ℥j. *Herb. recent. Auriculæ muris*, *Burſæ paſtoris*, *Cichorii ſylveſt. Plantag. min. Virgæ*

aurea, *Vinca pervincæ*, ana M. ij. *Flor. recent. Roſarum rub.* ℥ij. *Papav. errat.* ℥iß. *Santali rubri* ʒvj.

Inciſa coquantur in ſ. q. *aquæ ſimplicis*, repetitis vicibus affuſæ, quoad tota eorum virtus extracta ſit, colaturæ omnes album ovorum clarificatæ ad ℔j. circiter evaporent, additis ſuccis ſequentibus, utpote:

Succor. Cichorii ſylv. Millefolii, Plantag. minoris, Sempervivi majoris, ana depurator. ℥vj. quæ interim aſſerventur: Tùm

℞. *Sem. Papav. albi*, *Melonum excort.* ana ℥j. *Pæoniæ excort.* Portulacæ ana ℥ß.

Contundantur minutiſſimè in mortario, ad formam pulticulæ additâ portiunculâ ſuperioris decocti vel *aquæ roſarum*, & per ſetaceum tranſmittantur, adinſtar pulpæ; quâ interim etiam ſervatâ, accipe decoctum ſuperius cum ſuccis expreſſis aſſervatum, ac cum:

Sacchari canar. albi ℔ij.

Ad Syrupi conſiſtentiam, paulò tamen craſſiorem, percoque, cui Syrupo tandem immiſce:

Pulpam ſeminum ſuperius aſſervatam, Item: *Pulv. Boli armen.* præp. *Corall. rubr.* præp. *Lapid. Hæmatit. Sanguin. Draconis*, *Olibani*, ana ℥ß. *Pulv. lapid. carneol.* præp. ʒij. *Croci opt. auſtr.* ʒß. *Elæoſacch. Nuc. Moſchat. cum ol. expr. facti*, ℥ij.

Fiat omnibus probè mixtis, ſ. a. Diacodion.

Præſtans in ſputo ſanguinis à quacunque cauſa ortum duxerit, abſtergit, conglutinat, & oſcula venarum claudit. Doſis ʒij. ad ℥ß. Vid. corp. ph. p. 531. a.

Diacydonium pellucidum *Zvvelfferi*.

℞. *Cidoniorum maturorum* & mundat. in aliquot fruſtula majora conciſorum abjectis ſeminibus, num. xxx. circiter.

Co-